

Vg  
5329

Q



Q. 189.  
15

Vg  
5329

Q. 189.

III, 694.

M

Rosto  
XI

Carr

Typis

Q.N. 189.


III, 694

JOSUÆ ARNDI  
CARMEN  
IN  
MARTINUM  
LUTHERUM

Rostochi Auditorio Magno recitatum  
XI. Nov. Anno clc lvc XLV. notiq̄  
illustratum.



Carmen amat, quisquis carmine di-  
gna gerit:



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typographis

2



Pideraen.



*Amplissimo*

SENATUI  
ROSTOCHIENSI

D. D. D.

**C**elebrare magna magnæ id artis est  
opus

PATRES ROSARUM, & arduum se-  
qui ardua

NAM MAGNA MAGNIS. Vos igitur  
MAGNOS manent

Hæc Magna MAGNI ( TE LUTHE-  
RE sic voco )

Celebrare magna quod voluit mens par-  
vula

Industriæ sit si haud quit esse virium.

JOSUA ARNDIUS.



N  
qua  
na f  
Poë  
imm  
bus.  
deno  
faci  
niste  
men  
poti  
reat,  
bus f  
tus f  
mabo  
psun  
affer  
intrà  
juve

*Ad Lectorem.*

**N**ebulas Helicone legere Poëtarum  
ita esse debet, Lector, ut nihil quid-  
quam magis. Rem enim uti gesta est bo-  
na fide enarrare, Historiæ munus non  
Poëseos est, quod unus Petronius verbis  
immensum quam felicibus expressit tali-  
bus. Non res gestæ versibus comprehen-  
dendæ sunt, quod longè meliùs historici  
faciunt, sed per ambages, Deorumq; mi-  
nisteria & fabulosum sententiarum tor-  
mentū præcipitandus est liber spiritus, ut  
potiùs furentis animi vaticinatio appa-  
reat, quàm religiosæ orationis sub testi-  
bus fides. Quod si aliquâ ex parte affecu-  
tus sum, abundè mihi applausum existi-  
mabo. Sin minus, & si scio peccatum i-  
psum & hoc esse, non possum tamen non  
afferre vice excusationis, scire te velim,  
intra ttidui decursum mihi excidisse, &  
juveni. Vale.

MEMORIA  
DIVI  
MARTINI  
LUTHERI

CARMINE HEROICO

A  
JOSUA ARNDIO,

GÜSTROV.

RECOLENDAM  
INTIMATUR.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLII, Academia Typog

ANNO M. DC. XLV.



Lectori  
Andreas Tscherningius,

P. P. P.  
*f. d.*

quum

Laude & Memoria Bona Prosequi  
Defunctos,

*Ratio & sapientia probent;*

*mea quidem sententia*

*Bonum factum,*

Immo insigne pietatis est documentum  
quando memoriam

MEGALANDRI LUTHERI.

*Elegantioris Literatura & Doctrina*

*Veteris studiosissimus Adolescens*

JOSUA ARNDIUS

Carminе Heroico

(Sine affectu & ambitu dicam)

Bono ac erudito

Celebravit.

*Quod (fatemur) adeo pensi habuimus,*

*ut in Acroaterio majore*

Ad diem XI. Novembr. Martino Sacrum

Horam IX. Antemeridianam,

A 3

Cum

Typog

Cum magno DEO volente,  
Doctorum caveæ Publice sistendum  
omnino Arbitraremur.

Quorum igitur commodo fieri potest,  
eos,

*Ac vel cum primis Honoris causa nuncupandos,*  
Magnificum Celeberrimæ hujus  
Academiae.

**RECTOREM;**


Clarissimos omnium Facultatum  
Professores: Ecclesiarum Scholarumque  
Doctores: Cives denique nostros Uni-  
versos omnes Auditum Benevole  
Poemation Enixe & Huma-  
nissime Advoco,  
*Nullus plane Dubitans*  
Quin hoc daturi sint

&  
Beatissimis Manibus  
Summi Herois

**MARTINI LUTHERI**  
Assertoris Doctrinæ nostræ  
Purioris Constantissimi,  
Herculis ad Hæresium Stabulum  
Repurgandum Invicti  
Cæloque Demissi,

Cujus

Cujus Merita & Virtutes  
Supra omnem Commendationis Aleam  
Longe Assurgunt;



Divinissimæ Poësi,  
Ad quam Cæteroquin Prostituendam,  
Inconsulta Famæ Cupiditate,  
Omnes hodie Certatim Ruunt,  
Vel qui ære nondum Lavantur;



Adolescentis Optimi Conatibus,  
Animo Recogitantes Retractantesq. suo,  
Juventutem Favore ac plausu,  
Ad Eruditionis & Virtutum Imitamenta,  
Cum tempore fidem rei factura,  
Instigandam esse,  
Sicut enim Arbores Fecundantur Aura,  
Quæ novo vere spirat:

Ita heic est:

Mirum quantum Benevolentiaë illi Venti  
Animos Provehant & producant.  
Cujus voti si Uterque Damnabimur  
Erit, de quo nobis Abundantissime Gratulemur.  
Adeste Igitur Frequentes,



Auribus, Linguis, animis  
Favete.

Percepta intra Horulam Recitatione

Non Vos Amplius Morabimur,  
Quin illico dimissos  
Tacita, sed Calida Prosequemur Apprecatione,  
**Ut DEUS**  
Bonitate Optimus  
Potentia Maximus  
Vos Universos omnes  
Felicissimos esse Jubeat.  
Fiat! Fiat! Fiat!



A DEO



S

Unda  
Purpu  
Maxi  
Nomi  
Qua  
Tingi  
Ardua  
Avia  
Qua  
Accip  
Tempo  
Sacr  
Carmi  
Sparg  
Te LL  
Per tu  
Ire pe  
Et la  
Tempo  
Abripe



A DEO ordiar!

SOL QUI QUADRIJUGIS MUNDUM MO-  
DERATUS HABENIS

**S** Per sua labentes vestigia digeris annos  
Porge diem meliore rotâ, blandiq; jugales  
Undantes spirent elatis naribus ignes  
Purpureamq; vebant solito per Nerea lucem!  
Maxima LUTHERI celebramus nomina, totum  
Nomina perpetua fama memorata per orbem,  
Quâ roseus fessos sibi gurgite Phœbus Ibero  
Tingit equos, lucemq; umbrâ labente reducit.  
Ardua per vacuum pono vestigia princeps  
Avia Pieridum tentans loca, nulla priorum  
Quâ mihi Castalia divortitur orbita clivo.  
Accipite hunc vestrum novus est novus advena, Musa  
Tempora nuda gerens doctorum munere vatam  
Sacraq; prima fero nullis memorata Camœnis  
Carmina nos ulli veterum cantata, sacerdos  
Spargo novensilium stridentis arundinis aurâ.  
Te LUTHERE, caro, Labor hic tibi sumitur unî,  
Per tua fert animus spatiato pectore facta,  
Ire per integram vestigia figere vitam  
Et laudes renovare tuas, quas nulla silebunt  
Tempora, nec poterit secum sub nube vetustas  
Abripere, aut seabrâ canens obtundere crusta.

Te

EO

Te Garāmas loquitur, Te java celebrat & Indus,  
 Orbe sub Eoo vivis gelidāq; sub Arcto,  
 Te populi, queis plaustra domus, Te Cimber & Afer  
 Te Lelega Caresq;, sagitti feriāq; Geloni  
 Te Libyes norunt & vasta Britannia dicit  
 Extremiq; hominum Morini. Qui terminus orbem  
 Colligit atq; tuos is circumscribit honores.  
 Sed mihi jam toto conceptum pectore Numen  
 Gliscit, & ardentem vibrat perviscera thyrsum,  
 Jam ravior de sede mea, nec jam amplius unus  
 Stat color; En quæ me sublimat ad æthera virtus!  
 Quis furor humanos pellit de pectore sensus  
 Meq; docet totum votis spirare Tonantem?  
 Non tripodes ad Phœbe tuos, nec ad antra recurro  
 Nec caligantem cieo de sedibus auram  
 Cortinamq; tuo, versent ea sinistra Sibyllas  
 Et Corybantiacas quatit furor improbus arces  
 Bassaris & rabido gyret sua tempora circo,  
 Nil mihi cum Cybele, nullus mihi cantat Apollo  
 Non moveo te Cyrrha sacris, tibi Castalis unda  
 Et Thymbrae vale! Magnæ sine vocibus Hermæ  
 Estis & atrati crepitacula nuda Draconis.  
 TE TE ÆTERNE PATER RERUMQUE IMMENSA  
 POTESTAS.

Extrâ quem quod Numen habes tibi cœrule Munde,  
 Fundamenq; soli, spumantiaq; antra Calypsus.  
 Te PATER, in primas votis accerso Camœnas  
 Tu potes excelsas in carmina subdere vires.  
 Hæc tibi sacra fero! Propius res adspice nostras

Depe.

Deposi  
 Dafat  
 Et tu  
 SCE  
 REX  
 Quod  
 PATR  
 Tuq; H  
 Sele  
 Et Cb  
 Huc ad  
 Et vest  
 Et ma  
 Cymba  
 Orb  
 Quam  
 Nec spe  
 Tisiph  
 Victrix  
 Infern  
 Quasq;  
 Improb  
 Phœnic  
 A Phryg  
 Contin  
 Horren  
 Et septe  
 Foatida  
 Non ill

Depositum est, quod dico, tuum, tua maxima Virtus,  
Da fastum auspiciū & clemens tua Numina firma!  
Et tu quo nostris oritur fiducia chartis  
SCEPTRIGER Aonidum Pindi simulacra bicornū,  
REX ACADEMIÆ, Vos nostri sidera cæli  
Quod gerimus terris totius in æthere mimum,  
PATRES CONSCRIPTI, Proceres & Prima Virorum  
Tuq; Heliconiadum justissima cura Dearum  
Selecti flos omnis agri, quo sparsa Juventas  
Et Charites secum trahit & misto ordine Musas  
Huc ades, & facilis nostris allabere cæptis.  
Et vester consurget honos, sine te mihi portus  
Et magis atq; magis prono sublabitur alveo,  
Cymbaq; ceu vento jactabitur insurgente!

Orbem jam totum Furia Babylonis habebant.  
Quàm mare, quàm terræ qua sidus currit utrumq;  
Nec spes ulla boni, fuga nec super ulla pericli.  
Tisiphone medios hydris in torta capillos  
Victrix jam cunctas gentes ditione premebat.  
Infernisq; excita locis regnabat Aleto,  
Quasq; à Tharaida quondam spargebat ad oras  
Improbe Nile tuas, & præsidia alma Canopi  
Phœnicis fines, & Græcæ cymbala terræ  
A Phrygia terra usq; Italos rerumq; potentem  
Continua serie disiecerat in vada Romam  
Horrendas ipsâ renovarat ab arce tenebras  
Et septem geminos totidem poscebat honores  
Foetida Diva suis per colla furentibus hydris.  
Non illi quisquam per secula tanta rebellans

Audite

Audebat minimū sua monstra retundere verbis.  
Quisq̄ suas spectabat opes, jactura supremi  
Optata & facili sine paupertate, ruentem  
Ad stygios animam mittebat credula manes.  
Et capital cessisse DEO; feralis Erinnyis  
Arce sedens media Christi calcabat honores.  
Templa refulgebant varijs ex ordine pupis  
Nulla DEI cultrix tentabat pectora flamma.  
Et nullum quasi Nansen abest divina potestas.  
Quisq̄ sibi Numen. Non observantia cœli  
Ulla nec æterni metuebant judicij ora.  
Inconcessa Venus, variū trieterica Bacchis  
Regnabant Curij qui Bacchanalia vivunt  
Introsus turpes, simulata pelle decori  
Et satyri vitis, & moribus ipsa Cotytto.  
Sceptraq̄ sub pedibus calcabat Diva triformis  
Ipsa DEO major, cœlis terrâ atq̄ profundo  
Nil nisi se Ditemq̄ colens & marmoris Hermas  
Atq̄ auri, atq̄ ipso Phœbi mage cæcior antro.  
Quis noctem illius Divæ, quis crimina fando  
Exprimat, aut possit dictis æquare furorem?  
Qualis ubi media per opaca silentia noctis  
Carpit iter Lunamq̄ facem sibi forte viator  
Exhibet, ille umbras silvæ petit & fugit aurum  
Delia, & incerto titubat per compita gressu  
Cum poterat firmo ire gradu & sua pergere cæpta  
Haud secus illa ætas Erebi eluctata tenebras  
Optatin umbrosis Hecates traducere silvis  
Et fruge in venta ad veteres procumbere glandes.

O curvæ

O curvæ  
Miser  
Exij  
Et q  
Infa  
Cre  
Et t  
Nec  
Nec  
Amp  
Org  
Ced  
Clas  
Gra  
Rom  
Om  
Cre  
Cri  
Jam  
Ma  
Duc  
Max  
Qui  
Van  
M  
S  
Una  
Exs  
Non



O curvae in terrū animae! casusve Deusve  
Miserit hanc terris pestem, Platonis ab antris  
Exijt, & tetrum caput inter nubila condit,  
Et quantum cœcâ radice in Tartara tendit  
Infandis tantum sese ausis fudit in auras.  
Credebant jam priscæ DEO succumbere monstra  
Et totum pressis Græcorum oracula ab antris,  
Nec furere ulterius concusso vertice Bapta  
Nec quaterre ingenti sibi tempora mota boatu  
Amplius, aut Gallos aut tristi Menadas ore.  
Orgia nocturnis turbare haud amplius umbris,  
Cedere jam Thyadas thyrsis, jam lumina Manes  
Claudere, & Inferias jam se demittere Diti  
Græcorumq; choas, & quicquid Achaiamendax  
Romaq; majorum celebrârat futile seclis  
Omnia degresso cœlis jam cedere Christo  
Credebant, Ipsiq; illis majora premebant  
Crimina & efficto non debita vota Deastro,  
Jam cruce jam vivâ faciebant lampade Diti,  
Manibus inferias libabant, orgia Bacho  
Ducebant, flexoq; operati poplite lignis  
Maxima non iussu placabant Numina missis.  
Quis furor in mediâ tot monstra arcessere luce  
Vanaq; culpantum committere verba procellis.

Musa mihi rabiem memora, mihi funera narra  
Quæ dedit horribili grassata furore Megera!  
Unde ego tot scelerum formas, tot fata virorum  
Exsequar, & si vel centeno gutture nitat  
Non mea Tisiphones æquabunt carmina cædes.

Qua

Quæ se se ostendit series! Non major acervus  
Ille fuit quem Troia dedit tibi fortis Achilles.  
Non tot scuta virum nec tot Simoentis in undis  
Corpora viderunt turgenti flumine Nymphae,  
Nec campi, quævis Troia stetit, quot Romaq; Disq;  
Sanguinolenta dedit sacrata cadavera leto.  
Quot Libyco surgunt cumulata in litore arena  
Quàm multa in rectis crepitans strepit horrida grande  
Cum tonat acer hiems & vulso cardine cæli  
Imbre pluunt saxiq;, ruit tot Roma suorum  
Strage peremnanti tonitruq; tubasq; malorum  
Terra antiqua jacet Boiis habitata colonis  
Terra ferax sanctis & religionis amore.  
Cernitur heic pagus, dedit Hussenitia nomen  
Venturi in terras Husside martyris omen  
Hinc DEUS hinc inquit, surget mihi prima labo-  
rum

Maxima in orbe seges. Surge heus, surge ocius HUSSE  
I pete Romana furialia Tartara noctis  
Et molire gradum, tenta dispellere virus  
Si qua mei tum cura manet, si fata prioris  
Demta superstitione delevit tristia seculi  
Ad mea consurgent iterata tonitrua cives  
Alter eris Amithaonides mihi, & alter Elias  
Te (moriens ea vera orbi promitte) sequetur.  
Dixerat: extemplo ruit in sua fata Tonantis  
Servus, & ardenti dum perfurit acria Zelo  
Et septemgeminam serpentibus urget Erinny;

Heus

Heus  
Spar  
Vert  
Et  
Bella  
Sent  
Vix  
In ca  
Prim  
Et fl  
Fulm  
Ille  
Nec  
Prom  
Inqu  
Injim  
Mox  
Circu  
Ecce  
Ignib  
En, ai  
Dira  
Secla  
(Si q  
Maxi  
GUT  
Is te c  
Impr

Heus age, ait ternis Hecate visu horrida formis,  
Sparge Megera sinum, totamq; à sedibus imis  
Verte tibi sacram Romana palatia sedem,  
Et Boïas prosterne manus, Titanica quondam  
Bella illata polo summis imitaberis ausis,  
Sentiat æther & hos aliquod quoq; posse penates,  
Vix ea fata: ruit quasi Menas concita thyrso  
In cadem exitiumq; HULSSI Roma aspera Roma  
Primo assuetam hominum muro potare cruorem,  
Et flammam ignemq; parat, cæloq; minatur  
Fulmine ni cæptis jubeat desistere servum.  
Ille suis insistit agi cæli ignibus iris,  
Nec quicquam altera mutantes cæde moratur,  
Promptus adire rogam. Vel jam mihi ponite flammam  
Inquit, & inveniam hic suggesti rostra locumq;  
Insimul extructis sese tum mortibus infert.  
Mox Hecates terna ora sedent, tumidisq; Megera  
Circum colla fremens iterum componitur hydris.  
Ecce autem dum sese offert (mirabile dictu)  
Ignibus, & mediâ decantat carmina flamma.  
En, ait, ANSEREM, agis viridis per flumina flammæ  
Dira Hecate Disq; ater agens per funera vitam,  
Secula futura dabunt fatis vertentibus annos  
(si qua fides cæli & veris implet Olympus)  
Maxima per longum revomentem fulmina CIGNUM  
GUTTUR, & abstineas, calidum dabit, improbus unguis.  
Is te concutiet, Roma, atq; à stirpe revulsam  
Imprimet (hic vetus est tibi mos fera bestia) aratro.

L. tunc

I tunc & jacta streperi usta esse ANSERIS ossa  
Dicta fides sequitur. Per sphaerica volvitur annus  
Et relegit centum solito vestigia more;  
Cum DELLS aeterno cogit sua pectora fato  
Jamq; inquit, jam cerno diem Thaumantias ito  
Vosq; Horae & quotquot caelos Dominumq; manetis  
Ite per aethereas praenuntia classica Zonas.  
Est locus Europae Teutiscis insitus oris  
Saxonien inter magniq; Andrichthonis arva  
Islebiam antiqui dixerunt forte coloni  
Teutonici coluere viri, Germanaq; pubes  
Jam longa serie magno de Taistone surgens  
Hic erat, Herois pacato subdita sceptro  
Sub pedibus tamen horrifona suppressa Megarae  
Diruq; anguinei supposita furoris Alectus  
Tisiphonesq; hydris. Imis namq; excita ab umbris  
Triga per aereas regnabat pestibus auras.  
Huc Dea purpureis delabitur ocyus alii  
Nuncia certa DEI Magno legata Tonanti  
Et tenuis ingressa casas: Hinc maxima surgens  
Inquit, & in cunctas spargentia lumina terras,  
Boiu Cugnus erit, praedictus ab anseris Cugnus  
Et Pblegethontiacae Romanae malleus arcis,  
LUTHERUM terra patriode nomine dicent  
Et LUTHERUS erit. Non te Germania posthac  
Non credent generare homines, sed semina caeli  
Spargere. Lutherum Dominum tibi nuncio Roma;  
Si qua fides veri, si qua est tum cura Tonantis

Reli:

Reliq  
Terti  
Disce  
Sic a  
Nasc  
Sa  
An  
Non  
Dixe  
Mag  
Mont  
Merf  
Perq  
Repe  
Jusse  
Filiu  
Tithe  
Et su  
Attr  
Et m  
Onin  
Qua  
Qua  
Depo  
Hero  
Te c  
Vers  
Ecce

Reliqua, Lutherus veniet Germanus Elias  
Tertius & gladium cæli feret ore metumq̃.  
Disce ibi justitiam Domini & non temnere Christum  
Sic ait. Exactis vertit cum mensibus orbis  
Nascitur & diem caput O Islebia cernis!  
Salve sacra dies, quâ festior altera nunquam  
Aurora in roseis subvecta est equore bigis!  
Non ego non possum tanta miracula lucis  
Dixi, Maronem vel grandi afflatus ab oestro.  
Magna manus Domini patrem detruserat imis  
Montibus & nigris diræ caliginis antris  
Merserat, & subter dederat cava vivere terra  
Perq̃ hominum feces & mendicabula mundi  
Repere, & ignotos per dura per aspera soles  
Jusserat, & miseros vitæ transire penates.  
Filium ad evectum radios Hyperionis, adq̃  
Titthoni lectos, atq̃ aurea sidera postum  
Et super albicomam faciens in cedere Lunam  
Attrahit æternumq̃ in cæli sede reponit  
Et mundi jubet esse facem perq̃ infima Phæbum.  
Onimium dilecte DEO! spectacula cæli  
Quanta dabis! qui frontis honor! quæ gloria vultu  
Quanti animi & jam tum puerili in carne minantur  
Depositum cæli salve, salve acer Olympi  
Heros, quo ardenti propior non alter Elia!  
Te currus Te flamma rapit, Te cælica Virtus  
Versat, & ingentes motat sub pectore fluctus.  
Ecce etenim primas Isenaci egressus & ades

B

Magde-

elli

Magdeburge tuas Thuringica sciptra salutat  
Quæ jacet Erfurdi jacet heu Academia quondam  
Et super has terras famâ & super æthera nota.  
Hic lauru Sophia tota applaudente catervâ  
Donatus reliquis animo præcelsior ibat  
Et magnum spirans cœlis æquata ferebat  
Colla. Solet quiquis patrios spectare penates  
Talû in Eurotæ ripis Diana choreas  
Exercens infert sese, quam mille secuta  
Undiq; complectuntur Oreades, illa sagittas  
Fert bumeris, reliquasq; Deas supereminet omneis.

Tum subit à toto sacrosos orbe cucullos  
Aviaq; à mundo studio sibi querit opacas  
Ingenium possent quæ tranquillare tenebras  
Augustine tuas, si quid mala Numina possunt.  
At velut astri feri Titan fax publica Mundi  
Non patitur se nocte premi, sua lumina condẽ  
Sola sed undanti stellantis in æquore cœli  
Regna sibi querit, primoq; egressa cubilẽ  
Luce ferit maria & tecto se jactat olympo  
Haud aliter Lutherus & ipsis noctis in umbris  
Cimmeriis clarum spargens horroribus ignem  
Sese infert animis, totiq; obistere claustris  
Se docet. En ipsam non fallant omina noctem!  
Namq; ubi Lipsiacas forte una venerat oras  
Heus, ait istius Pind. tum RECTOR & Arcis  
Ista notate ora! en invenili in pectore flammam  
Mens congesta videt. Proh quanta cœbis istud (in)

Tela

Tela  
Mem  
Turb  
Jam  
Jam  
Cern  
Non  
Et m  
O jun  
Et co  
Vix e  
Aussp  
Alitit  
Diva  
SANC  
Indep  
Limin  
Eume  
Bacch  
Quot  
Ipsa  
Dij q  
Queis  
Quis  
Sic a  
Quan  
Flam  
Ardo

Tela facesq; caput; non uninata palestra  
Membra geris, quantas DEUS ó DEUS ille ciebit  
Turbas proq; Tuo vibrabit nomine signa!  
Jam video undantes Romanas ignibus arces  
Jam tibi surgentes circum fera colla Megera  
Cerno hydras, tuaq; ó confidat, Cerbere, bulla.  
Non ea belba dabit, majore cietur ab oestro  
Et mera caelestem spirant praecordia motum.  
O summo peramate DEO ( tibi militat aether  
Et conjurati veniunt ad classica caeli.  
Vix ea factus erat. Major mox nascitur ordo  
Auspicio faciente fidem, fore cuncta secundis  
Alitibus dextroq; DEO. stat proxima caelo  
Diva per Albiorin summosq; ostentat honores  
SANCTA tuos offertq; viro SAPIENTIA Romam  
Indepetit, Diva Magna, tuam. Defixus in ipso  
Limine consistit scelerum confusus honore  
Eumenidumq; choris & foemineo ululatu  
Baccharum, foedisq; sacru, pupuq; Deisq;  
Quot non Roma vetus, nec alebat Gracia mendax  
Ipsa nec horrendi puerilia regna Canopi,  
Dij quibus in campis & Numina protulit hortus,  
Queis canis est caelum & statua aurea cercopit heci.  
Quis DEUS hic, inquit, DEUS hic an Tartara regnant  
Sic ait atq; pedem subito cum voce repressit.  
Quanta Viro fax urit amo q; & concita mentem  
Flamma polo, tenebras quantus quantusq; ruendi  
Ardor erat, quanto flagrabant Numine corda,

Profligare Erebum caelosq; arcessere in orbem  
Et Domini pulsos iterum revocare favores.  
Quis poterat patiens auro venale videre  
Et caelum atq; DEUM, quis crimina tollere donis  
Cuncta pati? cui non siccum jecur ardeat ira?  
Nundinae in aeternos mutant & Numina caelos.  
Quantum quisq; sua nummorum clauserat arcam  
Tantum erat & felix & terq; quaterq; beatus.  
Auro prestabant sanctissima munera caeli  
Et meritum Christi calcabat nummus & omnes  
Mammon sacrati verbi infuscabat honores.  
Quisq; habuit nummos securâ solverat aurâ  
Arbitrioq; suo caelum vendebat & Orcum.  
Multa loquor, quidvis auro praesente patrabant,  
Et poterant tutâ Nummi & ventura tegebant  
Crimina, nec quisquam nisi pauper crimen habebat.  
Venales anima, venale curia caeli  
Et DEUS in pretio est. Hos caelo reddit honores.  
Oscula liminibus veteres atq; oscula dextris  
Libabant, hic grande nefas, non oscula plantis  
Non fixisse Hecates, ipsiq; ante omnia Diti.  
O rerum mundiq; umbras! Quis talia fando  
Aequet, & indignos comprehendat versibus annos!  
Jam poterat Pietas, poterat cessasse videri  
Regula divini per terrea climata verbi.  
Jam credebamus Veterum cessasse Diales  
Pontifices, Vestaeq; focos, Titijq; sodales,  
Arvales fratres, atq; horrida monstra Quirini,

Fla-

Flamini  
Cuncta  
Irrit  
Non  
Ignea  
Grati  
Nec f  
Verbe  
Illa p  
Vr  
Le  
Quan  
Inq; l  
Ipsa  
Spem  
Dum  
Invid  
Rem  
Et fu  
Infer  
Spir  
Tu b  
Atq;  
Stat  
En a  
Spar  
Atq;  
Cocy



Flaminum honoratas turbas, sacrosq; Lupercos  
Cuncta iterum reduces vomuerunt Tartara mundo  
Irrita majorum majora crepundia Ditis.

Non tulit in tantas sua munera vertere nugae  
Ignea vis caeli, tandem divina redibat

Gratia sanguineas revocabant pectora guttas,  
Nec frustra gestasse crucem, tolerasse labores  
Verberaq; & diris convicia mista sinebat  
Illa per assiduos clementia nota favores.

Vrbs antiqua jacet Teutisci habuere coloni

Leucoream Graio liceat mihi nomine dici

Quam leni stridens Albis perlabitur unda

Inq; sinu circum Iuturna agit ipsa chorèas.

Ipsa aliquid videas praedicere nomina magni

Spemq; dare Albatæ Fidei post funera vitam.

Dum videt hanc rerum varijs edocta figuris

Invida Romanâ quæ regnat in arce Celano

Rem turbare suam & regni convellere pacem

Et furias vexare suas, En, inquit, & illa

Infera quid possit vis experiatur; ab oreo

Spirant immensas etiam impia Numina vires,

Tu bullas mihi porge tuas, mea filia Roma,

Atq; age Leucoreas etiam lucro adijce Zonas.

Stat contra fixusq; acri pia corda dolore

En adsum, Lutherus, ait, contraria votis

Spargam tela tuis, Dabis o tua vela retrorsum

Atq; unde egisti reddes fera roborâ Lethæ,

Coccytoq; Stygiq; & si quid tetrius istis

Regna Charontis habent, Hecatesq; Acherusia Templo  
Talia dicta dedit Chartamq; ad mœnia figit,  
Atq; ait hæc Zelo præludat charta futuro.  
Quæ quibus anteferam? jam jam Mars Punicus urget,  
Annibal ad portas Videas discurrere famam  
Vsq; Italos, Romæq; arcem & nova dicere monstra.  
Leucoreâ excelsis Hecates insurgere formis.

Jam ruerè effractis jam Tartara tota cavernis  
Et Ditem & Furias atq; omnia monstra videres.  
Sedibus excubiis magnum per inane cœere  
Tympana, & ad sacrum Manes accersere bellum.  
Ut cum stipatis sese effudere cavernis  
Agmina apum, jamq; alta petunt cum murmure silvæ.  
Et nubes densant, cœlumq; obtexere fumo  
Certant atq; omnem præstringere pulvere visum  
Haud aliter tunc Roma furit: novus ingruit Hussus.  
Ad similes iterum ducendus forte favillas  
Non mihi si Torum possent Heliconæ Camœnæ  
Castaliæ latices & Phœbi dona pacisci  
Corinam tripodesq; & maxima munera vatum.  
Illis possem fando comprehendere lucis  
Vel scelerum facies vel diræ fulmina mortis  
Intentata DEO vel quem DEUS egit Elia.  
Non tot Achæmeniis armantur Susa pharetris.  
Nec tot stridentes distringunt spicula Parthi  
Prima leves ineunt si quando pericula Martis.  
Quot gens illa Erebi capiti promiserat isti  
Vnius, At nullis cessurus viribus Heros.

Quo

Quo  
Pergit  
Dira  
Non  
Et ci  
O qua  
Adver  
Adser  
Adfir  
Vrbs  
Præsu  
Qual  
Verr  
LIP  
Dicet  
O qu  
Vir n  
Jam  
In cœ  
Men  
Et ju  
Et cœ  
Glor  
Terr  
Et q  
Cum  
Dog  
CÆ

Quo confisa DEO gestabat pectora plenus  
Pergit inexhausto Lernam contundere nisu.  
Diraq; monstra sua collecta rotabat arenam  
Non aliter fortem circumdedit Hectora Achilles,  
Et circum Iliacas frendens gyravit arenas.  
O quantum est te fronte DEUS, te pectore firmo  
Adversus Furias atq; horrida monstra Draconis  
Adserere. Hic triplex circum praecordia murus  
Adsit, & invicta Supremo à Flamine vires.  
Urbs Augusta canet nostri tanta ora Lutheri  
Praesulis & quos non? grandes spernentia flatus  
Quales Auster agit cum prono pondere nubes  
Verrit & atratos cum murmure dissipat imbres.  
LIPSIAMirandos animos suadente triumphum  
Dicet & aeternis fastis inscribet, Olympo.  
O qui te talem talem genuere parentes  
Vir non victa Orbi, Felicia tempora que te  
Jam jam nutanti tunc opposuere ruina  
In caeli fulcrum. Gestet jam Roma pudorem!  
Menia Vangionum summas equantia nubes  
Et justae laudes & religionis honores  
Et celsum caput, & super aurea sidera mittens  
Gloriam in Augusta videre haec ora Corona  
Terrarum Procerum qua surgit purpureus Sol  
Et qua lassatos fluctu componit Eoos,  
Cum sua non lingua sed aperto fulmine vocis  
Dogmata caelesti nectens adamante probaret  
CAESARIS ante pedes. Si quid mea carmina possunt

B 4

Nulla

Nulla dies istos delebit tempore soles.

Musa pias memora Magni mihi Principiū astus  
Et patrias pro Patre suo curasq; laboresq;  
Adversus seve malefida tonitrua Romæ  
Ecce ubi Vangionum celsa stant mœnia famâ  
Et princeps nostræ fluit accola Doridis, & quæ  
Agrippina jacet vicina Colonia Terris.  
Venerat huc tota licet absterrente catervâ  
Venerat huc Lutherus, & heus, ait improba Roma  
Nunquam hodie effugies, veniam quocunq; vocâris  
Vel totis tectis Furiarum sparge venena  
Atq; omnem ex imo Ditem minitare profando  
Ecce adero, mecumq; geram Dothanidos arma.  
Sic ait & fortes præsumit pectore motus.  
Jamq; aderat collecta cohors jam leno vibrabat  
Blanditias, si forte velit deflectere cælum  
Jam tonat & magnis præportat fulmina verbis  
Nî velit extremum sibi met præfigere theta.  
Ille manet firmus manet imperterritus ille.  
Cum fremerent, unumq; alternis ictibus atra  
Incurset biems caput; at nil fracta remisit  
Officij virtus, contraq; minantia fata  
Intrepidus finemq; sibi latura secundum  
Numina firma sciens, ipsis excelsior ibat  
Casibus, adversis major, velut improba palma  
Arbiter Ægæo quam turbine vexat Orion  
Et variis hinc atq; iterum hinc contundere flabris  
Certant egressi claustris Eurusq; Notusq;

Afri-

Afric  
Illa le  
Declin  
Incipi  
Quid  
Restit  
Chart  
Non f  
Quod  
Indig  
Atq; i  
Oppo  
Omni  
Effici  
Que  
Quot  
Tot s  
Heic  
Const  
Qua  
Ad vo  
Et so  
Quis  
Amib  
Dice  
Cult  
LUT  
Plut

Africus & spirans immani Aquilone procella  
Illa levi flexu ventorum præterit iras  
Declinatq; minas Euri, post major ab ipso  
Incipit alta comam per nubila pandere casu.  
Quid primum mirer Musæ! Quod firmus ad omnes  
Restitit assultus, ut eum nec noxia furto  
Charta, nec infido latuerunt pectore verba  
Non ficti vultus pictæ aut tectoria lingua?  
Quod nihil in tanto terrarum horrore locutus  
Indignum cælo, responsa quod ardua semper  
Atq; in victa dedit? Quod se tunc omnibus unum  
Opposuit, non vera negans, non falsa secutus,  
Omnia solus agens, scriptis quæ & mente gerenda,  
Efficiens, per agenda manu, dictare paratus  
Quæ scriptis tractanda forent? quæ brachia centum  
Quot Briarei olim (si vera est fama) fuerant  
Tot simul objectis possent constringere rebus?  
Hic stabat Romana solus. Hic vincere Romæ  
Constitit, extremo & discrimine fessa pependit.  
Quam sudat, quantum Panis terrore laborat  
Ad vocem, Luthe, tuam, tua scriptaq; verbaq;  
Et sola cæli vibrata volumina dextrâ!  
Quis te Carthago semper magnæ amula Romæ  
Amibal & quis te, quis te generose Camille  
Diceret, aut ultrâ Fabij te fama manebit?  
Cultus, & in famis cecidere repagula portæ,  
LUTHERUS cunctos vicit tibi Romæ triumphos,  
Plutonem domuit, pronam deiecit Aleto

Arcis

*Arcibus. O pullū in funera fletibus ite:*  
Ille P A T R E S vestros flammata fronte loquentes  
Sprevit, & in vacuos dimisit fulmina ventos  
Obliquumq; tuens fastus non pertulit ultra  
Sed rupit tales accenso gutture voces:  
Hic me terra gerit, vestros ante ora pedesq;  
Et vultus, AUGUSTE, tuos, Vos conscia testor  
Numina, quae vestras jussistis reddere voces  
Non iniussa loquor. Vos conscia Biblia testor  
Non aliter potuisse loqui. Non non mea causa  
Hic agitur, Tibi, CHRISTE, tibi pugnatur ab isto  
Pectore, NON ALITER POSSUM, fremat Orbis & oreus  
Convulsoq; ruant ipsissima Tartara biatu.  
Sic ait. infremuit Mundus velut horridus Auster  
Sibilat in silvis, summiq; immurmurat auris.  
Ad flammās & tardipedis ducende penates  
Nullā digne fide, perge hinc, perge ocyus, inquit,  
Ad stygios manes lacerati ducimur omnes  
Hoc nū, AUGUSTE, caput caecas detrudis ad umbras  
Et placas nostros gaudentes sanguine Divos.  
Abnuit, & totum CAESAR commovit Olympum,  
Exulet hoc toto Pietas & Candor ab orbe,  
Inquit, in AUGUSTI regnum sibi fixerit aulā  
Cana Fides. Quid me Sceptrum violare jubetis?  
Inquinat excelsos Fidei violatio fasces.  
O decus aethereum summis, Decus addite divis  
Concilioq; jovis, non hac ventura filebunt  
Verba nec ignota rapiet sub nube vetustas.

Si

Si me  
Pector  
Quan  
Efferr  
Ar  
Cessa  
In cu  
Saxon  
Fæde  
Ergo  
Silvia  
Imma  
Duce  
Exen  
Salv  
Nec  
Inf  
Ster  
Cam  
Ull  
Mag  
Irru  
Null  
Exer  
Moll  
Et j  
Hau  
Stac

Si me jam summâ Sapiëntia pangeret arce  
Pectoribusq; queam totum comprehendere Phœbum  
Quantum ego Te tantum venerare carmine, quantum  
Efferrem CAROLLUM: Voles pius audiat æther!

At pius intereâ tanto non cardine Saxo  
Cessat, in illius mens est mens tota salute  
In cuius totum templorum onus atq; recumbit  
Saxonis ora caput Violata cupidine belli  
Fœdera scis quondam disruptaq; vincla salutis.  
Ergo jubet gravibus venienti occurrere in armis  
Silvâq; egressum sociis viduare, suisq;  
Immiscere viris, & firmo præside tutum  
Ducere ad hostiles Metæ balci mœnia turre.  
Exemplum veri salve Ducis, aurea proles  
Salve supremi & justissima cura Tonanti;  
Nec sedet intereâ streperi vis horrida Ditis  
Infandum molita nefas, per templa per ædes  
Sternit Leu coreæ simulacra exsculpta figuris  
Cumq; auro & lignis muros factura tum ultus.  
Ut leo quem rabies collecta fatigat edendi  
Magna fremens graditur pacatq; ovilia quærens.  
Irruit in caulas, tutos sub matribus agnos  
Nullus agit timor aut venturi præsciis Orci  
Exercet terror, ille asper & improbus irâ  
Molle pecus mutumq; metu manditq; trahitq;  
Et furit impastus per inermia ovilia turbans:  
Haud aliter Christi lacerat crudelis ovile  
Stad Carolus turbatq; immani concitus irâ.

R. 300

Interea volucey motis conterrita pennis  
Nuntia fama ruit Metachalci ad mœnia tendens  
Atq; hæc Luthero attonito fert omnia signa:  
Fervere cæde gregem nudatis adibus, & jam  
Jamq; iterum fluitare animis, totamq; per urbem  
Unum forte virum nova semina spargere litis,  
Illius esse omnes frustra in cassumq; labores  
Et studia & Zelum, vario pulsata tumultu  
Pectora per dubias scindi conterrita mentes.  
Quis modus his turbis? quot desudabo palæstras?  
O DELLIS, ille ait, has iterum ne accingar ad artes  
Et nova bella tuis immissa immania mandris.  
Pandite claustra domus, quisquis locus ille coerces  
Hos qui animos, mentemq; DEL. Jubet ire per imbres  
Perq; Austros divinus amor. Prius æquore cœlum  
Et Phœbus terris miscbitur, & vada ponti  
Delia agent bigas, tantas quàm concoquo turbas  
Et fero conversas rursus deflectere caulas  
    Ut ventum ad sedes, tantos componere fluctus  
Incipit, & Furias Caroli discedere tectis  
Dux jubet, Æternum manet hoc in Principe nomen.  
Ille humiles habitare casas. & figere cervos  
Aggreditur, præfertq; urbi sordentia rura  
Et titulos rusco Dryadum cum nomine mutat,  
Et mitram stivæ. Proh quo discordia verbi  
Perducit miseras humani corporis auras!  
Hæc fax prima mali. Quis cætera dicere bella  
Pugnatasq; acies, & longa exempla laborum

Posit,

Posit,  
Quis m  
Et sce  
Jam  
Ecce v  
Ducit  
Tot se  
Quid  
Conju  
LUTH  
Sider  
Longe  
Fluct  
Supre  
Nile t  
Curre  
Sed q  
Cern  
Dum  
Cæli  
Titan  
Vict  
Victo  
Imm  
Prosp  
Ad v  
Thur  
Augu



Posit, & in nostros porrecta pericula soles.  
Quis mihi Spartaciam renovatam in praelia plebem  
Et sceptris dicet certantes rure ligones.  
Jam jam supremos sitientia pila cruores  
Ecce volant, sordensq; manus mucrone superbo  
Ducitur, & quos non tenuit sectatur honores.  
Tot scelerum facies, tot iniqua pondera sortis  
Quid loquar? aut repetam? non dissociabile corpus  
Conjunctumq; sumus. Te quod libet ire sequemur  
LUTHERE, adq; ipsam comitabimur horrida Tbulen  
Sidera cernentem. Extremo s penetrabis ad Indos  
Longè ubi stridenti tunduntur litera Eois  
Fluctibus En sequimur! Comites carpsisse paratè  
Supremasq; vias, septemgeminosq; recessus  
Nile tuos. Quacunq; libet, modò dirige gressum  
Currus equesq; DEI! premimus Te semper Achata.  
Sed quis me ludit? quis ludit amabilis horror:  
Cerno toros LUTHERE, Tuos. tibi Cinxia ridet  
Dum Bellona furit, dum ringitur impia Roma  
Cœli hominumq; pudor! Cum Phœbus vertit in orbem  
Titanes cœnæ Marpurgi in mœnibus addis  
Victrici dextræ, Romæq; in sternis arenæ  
Victor ovante polo, dum cinctus acinace CÆSAR  
Immani Turca jurato urgetur ab hoste  
Prospera sed spondent victrices sidera lauros  
Ad votum, LUTHERE, tuum! Gratissima cœlo  
Thura preces quid non sorte adversante potestis?  
Augustamq; bonis per Teutona climata chartam

Alitè!

posit,

Alitibus memora, Quae non mirabitur aetas  
Quae non posteritas caeli miracula dicet  
Atq; iterum natas Verbi fulgoribus urbes?  
Urbs AUGUSTA jacet Rhætu contermina terris  
Quam vagus amne Lycus pura perlabitur unda  
Hinc Alpes urgent, hinc Rhetia terra minatur  
Ister & unarsonos lambens Aquilonis ad ortus  
Fata dedere omen primis natalibus Urbis  
Quae caelo seris ventura nepotibus olim.  
Hic geminis pandit caelum Jovis armiger alis  
Teutonicosq; ciet Proceres clangore per auras.  
LUTHERI interea mens pleraq; cuncta revolvens  
Verbi arcana sacrae quae nox sepeliverat umbris  
Pallida Romatuis, DEUS hu, ait, annue coeptis  
Magna mihi surgunt, caeliq; exempla parantur  
Auspiciis, mi Chryste, tuis simul omnia certis  
Complecti numeris jubet & dare juncta per orbem  
Concilij, Beloq; globos offundere leti  
Atq; soporatae caelestibus ignibus offam.  
Ultimus ille labor fiet & fax publica MUNDI.  
Queis vidisse datum est, oculos intendite! Lumen  
Hoc supremum orbi caelo fulgebit ab alto,  
Tum Pater aethereis confundens cuncta tenebris  
In chaos antiquum Terram dabit ire polumq;  
Dixerat. Illa assa PROCERUM recitatur ad aures  
Et rapit AUGUSTI propriam sibi dextera chartam,  
Dogma LUTHERE, tuum! Quae te non secula dicent  
FAX AUGUSTA, diem? Mediis intersita Turcis

Indis

Indis a  
Jam r  
Et Dis  
Asilia  
Atq; H  
Nulla  
Vis Or  
Verba  
Jam su  
Non e  
Cum l  
Nasce  
Hic tu  
Alter  
Altior  
Major  
Post o  
Rura,  
Nec t  
Pax m  
Huc ad  
Sub pe  
Sic  
En ad  
Hic cl  
Vmbro  
Jam li  
Ad CH  
Per fl

Indis atq; Getis festis celebrabere donis !  
Jam redijt pulsus iterum lux orta tenebris  
Et Dis Tartareis iterum subsidit in umbrũ.  
Asiliat totus convulsus cardine Mundus  
Atq; Hecates porra & furiosa palatia Aletris.  
Nulla DEUM frangit vel cœli roborâ lædit  
Vis Orci mundive. Manent æterna Tonantis  
Verba per obscuras nunquam gressuratenebras.  
Jam sua LUTHERUS spatia absolverat acta  
Non enarrando sudantia tempora motu.  
Cum DEUS, En, inquit, qui te videre Penates  
Nascentem repetens, Patriæ succede supremæ,  
Hic tua Te jam sella manet. Hic primus Elias  
Alter & hic, numerum cœli tu Tertius imple !  
Altior Invidiâ, atq; ipsis Acherontis Avernis  
Major ab ætherea spectabit pondera sede  
Post obitum pressuratum Teutisca tuorum  
Rura, & Saxonis ventura pericula terris.  
Nec tamen emerita cum jam compostus in urnâ es  
Pax manet (hic mos est Acherontis faucibus) umbras.  
Huc ades, hic Te nulla manent succede, pericla.  
Sub pedibus terit ille malum, qui sidera calcat.  
Sic ait: his contrâ est Lutherus vocibus usus:  
En adsum, DEUS alme, tuus per vulnera miles  
Hic clypeum præportò tuam, tot tela relisit  
Vmbotuus, quot nulla potest comprehendere lingua.  
Jam liceat liceat mihi de statione redire  
Ad CHRISTI sedes, & quam dabit ille quietem  
Per flammâs per Tela sequi per quicquid ubiq; est

Mot.

Mortium. An hoc erit ut propter te offerre periculis  
Me possim atq; ipsis caput objectare tenebris.  
Sin per consilium stant hæc mea vota supremum  
En animam quam cernis habes ! jam lumina claudo  
Vos me molle mei componite. Et ultima dixit.  
Quò fugis heus Luthere Pater ! quò pergis abire  
Currus equesq; DEI ! Tecum moriente recedit  
Cana Fides & sanctus amor & quicquid ubiq; est  
Religionis agit post Te fera Bellametumq;  
Omnia fanda nefanda malo permista furore  
Visu horrenda cohors terris incumbit opacis,  
Imperiosa lues, cælis inimica Megæra  
Impatiensq; boni Nemesis, livorq; secundis  
Anxius. Et scissâ vadens Discordia pallâ  
Nunc ait, ô gentes accensis mentibus arma  
Sumite; PAX abiit, fremite ô fremite arma ministrû  
Vincetur quicumq; ! atet. Cui plurima surgent  
Robora ab ingenio creberrima semina spargat  
Litis & in fuscet sacros caligine fontes.  
En adero quid porrò tuis cunctavis in oris  
Terra invade polum cœnam Christumq; Deumq;  
Aggredere & quicquid dicent tibi somnia crede.  
Factum est in terris quicquid Discordia iussit.  
sed nos immensum spatium decurrimus orbem  
Et jam tempus equis sudantia solve colla.  
Hic portus, jam vela lego. Vos gratia tanti  
Magna manet facti vos vestri SCEPTRA favoris  
Gloria perpetuum numerosâ laude sequetur.

Et

Et quæ  
Primo  
Vos C  
Jupit  
Vosq;  
O com  
Vos re  
Jam  
Laure  
Quicq;  
CE  
Huc a  
Atq; f  
Da pr  
Quæ  
Hunc

SAN

ET P

Et quos conscriptos video longo ordine Patres  
Prima virum, vos Fama manet non conscia Terra,  
Vos Cæli expectat limen vos æquus amavit  
Jupiter. En aliò longo vos carmine dicam.  
Vosq; mei per Castalia dumeta per undas  
O comites multâ mactatos laude Camœni  
Vos referam. Maneant saltem me numina Pindî  
Jam sciet. O vestrâ Pindo sat cognita fama  
Laurea turba fave! Meus es tu Pindus & omne  
Quicquid ab undis onâ spirat cortina cavernâ.

CHRISTE caput rerum vitæ melioris Origò,  
Huc ades & propiùs patriæ tuæ Numina firma  
Atq; fatigatis per tot discrimina nobis  
Da propriam requiem, Da tandem in pace sedere  
Quà melius nil mundus habet. Sic carne soluti  
Hunc per cælestes cantum ingeminabimus aurat.

SANCTUS IO TER SANCTUS IO TER SAN  
CTUS JOVA  
ET PATER ET PATRONE ET MAXIMÉ CON-  
SOLATOR.

*Hic Terminus instat!*

C

NOTE

NOTÆ  
Ad  
CARMEN  
In  
LUTHERUM  
JOSUÆ ARNDI.

**N**E cuiquam vel ambitiosum vel ineptum videri possit, quod in nostra ipsi muginamur annotationes, scire eum velimus ante nos idem factitatum à maximis omni seculo viris, J. Jos. Scaliger, in versionem illam Indigitamentorum Onomacriti vel ut vulgò, Orphei, J. Lipsi in Politica & De cruce, H. Grotio in De jure Pacis ac belli, Et : De Veritate Relig. Christ. Baudio in Poëmata sua, omnium longè doctissima. Tum nolo esse in eorum numero, qui mirari sua malunt alios quam intelligere. Atq; hoc vice excusationis esto candidis, bonorum hostes, quibus hoc nostrum seculum obruitur, ἔ προτιμώμεθα. τὸ δ' εὖ νικάτω. εὐρήσει Θεὸς ἀλιτρεῖς. Vale. xi. Nov. Anno cld lxxlv.

Nota:

*Nota.*

*Sol*) Incipit suum de Probin. & Olybr.  
Consul. Panegyri. Claudian. & Joseph.  
Scalig. suū in I. Douz. epiced. Lib funer.

*Perge*) Ovid. est, Sol porrigit horas.  
Quamquam alio sensu. Virgil pocula por-  
gite dextris. Terent. Adelph. Expurge  
frontem. nota & rotam de sole dici. Pru-  
dent. rotā lurida Solis. Cic. in Arat. Phæ-  
nom. Hunc tangit rota fervida Solis. A  
rotunditate. Vocat Solis globum Dra-  
cont. v. 91. vel, si mavis, rota pro curru  
currus solis, bigæ Auroræ, Phaëthontis  
equi, talia Poetarum sunt. κύκλῳ κρόνος.  
Auctor. de Mund. κύκλον σελήνης dixit.  
Theocr.

*Purpuream*) ῥοδοδάκτυλῳ ἠώς. Hom. Il.  
a. Q. Smyrn. ῥοδόσφυρῳ. & Homer. ῥοδό-  
πηχυς & κροκόπεπλῳ, quod Q. Smyrn ῥο-  
δόπεπλῳ. Orpheus vel rectius Onoma-  
crit. ἐρυθραῖνομένην κατὰ κόσμον. dicit Purpu-  
reum Luciferum. Dracont. v. 301. roseas  
bigas Auroræ tribuit Maro, & puniceas  
rotas Æn. 12. & 7. & 6. Nota Poetas aure-  
um & purpureum usurpare pro pulchro.  
Scalig. in Catalect. p. 205. Tibull. eleg. 4.

ine-  
ostra  
eum  
ma-  
iger,  
rum  
ipf  
De  
Re-  
nni-  
e in  
a-  
ex-  
ho-  
rui-  
eòs  
LV.  
ota:



l. 1. Virgil. ecl. 9. Horat. l. 1. car. 4. ovid  
6. Fast. v. Turneb. ad vers. l. 15, 22.

Temp. *nud. ger.*) Contrarium Claudi-  
an. de laudib. Hercul. initio statim. Hor.  
l. 1. od. 1. ederae praemia doctarum fron-  
tium. Virgil. ecl. 8. & 4 Hedera & laurus  
praemia olim Poetarum. Petron. Callio-  
pedoctis dat laurea ferta Poetis. Papini-  
us: amantes carmina laurus. v. Scalig.  
Auson. Lect. l. 1. c. 10. Dracont. v. 53.  
Linguae laurus honos solvit donanda  
Poetis. Hinc laurifoliis vesci dicti sunt  
Poetae. Apud Tibull. sybill. ficusq; sacras  
innoxia lauros Vescar. Et apud Lyco-  
phron. vates dicitur *δαφνηφάγος*. Plura  
ad ep. Phalarid. 103.

*Sacra*) Manil. l. 1. Hospita sacra ferens.  
Horat. l. 3. od. l. ep. l. 1. c. 19. Hujus generis  
invenies apud Manil. l. 2. Lucret. l. 1. & 4.  
Virg. l. 3. Georg. oppian. Cyn. 2. v. 20.  
ibid. Rittershus. adi & Scaliger. Critic.  
c. 9. sacra autem Ducere dicuntur & Ferre,  
*ἀγνιν καὶ φέρειν* Græc. qui res sacras & ne-  
cessaria ferunt. Turneb. adv. l. 2. c. 14.

Fert *Anim.*) Ovid. 1. Met. In nova fert  
animus. Lucan. Fert animus causas expo-  
nere



ner. Homer. κέλειται δ' ἐμὲ θυμὸς & : θυμὸς  
ἀνώγει. Claudian. l. i. rapt. Proserp. Mens  
congesta jubet. Quod nos infrà arripui-  
mus, Mens congesta videt. Mens autem  
congesta Plat. in Phædon. est ψυχὴ συνη-  
θροισμένη εἰς αὐτήν. Brod. Miscell. l. i. c. 4.

Pop. q. plau. dom.) Lucan. l. i. Erran-  
tes domos. Horat. Quorum plaustra va-  
gas rite trahunt domos. Gr. ἀμαξόβιοι. Sal-  
lust. jugurth. Solin. Hæc gens plaustris  
invecta &c. vid. Fest. in voce Numidi  
Dalecamp. ad Plin. l. 5. c. 3.

Concept. pect. Nam.) Multa de hoc in-  
epti gentiles. Avien. DEUS intrat Apol-  
lo pectora. Virg. Æn. 6. pectore possit ex-  
cussisse DEUM. Papin. 12. Theb. redi-  
ensq; impleffet Apollo. Cyprian. de vanis  
Idol. c. 4. Spiritus afflatu suo vatum pe-  
ctora inspirant. vid. de hoc luculenta a-  
pud Sifan. in Theophyl. Act. Apostol.  
p. m 801. & Voss. de Idololatr.

Munde) Mundum pro cœlo ponunt  
Poetæ. Lucret. l. 5. magni moenia mundi.  
Et l. 2. rejectant voces ad sidera mundi.  
Virgil Ecl. 4. nutantem pondere mundū  
1. cœlum ut rectè exponit Nannius. Ti-  
bull.

bull. & Senecæ Mundus æthereus. Cicer.  
Mundus lucens. Catull. de com. Bernic.  
Omnia qui magni dispexit sidera mundi  
Et: Concussitq; minantia sidera mundus.  
Nemesian. ecl. i. secreti pars orbis habet  
mundusq; piorum. Et: si sublimes ani-  
mæ coelestia templa. Sidereasq; colunt  
sedes, mundoq; fruuntur. Val. Flacc. l. i.  
me primum regia mundo Imposuit. ubi  
addit L. Carrio locum è Cicer. de Natur.  
Deor. in quo magnoperè lapsus est. Nam  
mundus ibi exfertè τὸ πᾶν.

*Depositum*) Heins. de Grot. Depositum  
cœli, quod jure Batavia &c. Baud. ad Reg.  
Brit nobile istud cœli depositum. Depo-  
situm dicunt. Nam cœlum repetit quod  
suum est. De Deposito vide scitu jucunda  
apud Salmas. observatt. ad jus Att. &  
Roman.

*Totius*) Universum hoc vocare sole-  
mus. Gr. τὸ πᾶν, ὅλον. H. Grot. silv. l. i. Et  
reformati colemus Totius pomœria  
Plin. l. 2. Omne vocat. Nihil frequentius,  
quàm Gr. ὅλον Lat reddere, omne, & πᾶν  
Lat. omne pro totum. Hug. Grot. Silv.  
l. i.

l. r. Omne hoc esse iussisti tuo sapiente,  
verbo. τὸ πᾶν ἔκτισαι.

*Prima Vir.*) Græcism. frequens Poetis)  
Inter profaicos amat Tacitus: tacita su-  
spicionum, obstantia silvarum, subjecta  
vallium, vana rumoris, sæva ventorum,  
incerta famæ &c. Val. Flacc. rerum asper-  
rime. Alij alia. πρῶτα σοφῶν. Heins in Peplo.

*Huc ades*) Acro: Solemnia verba advo-  
candis Diis. Virgil. frequens est in illis.  
Catull. Nup. Pel. Huc adventate. Virgilis  
l. 10. 1. Georg. 4. Æn. Horat. l. 3. Sat. 6.  
Tibull. eleg. 1. l. 1. l. 4. el 3. Sed de his lu-  
culenter B. Briffon. Formul. l. 1.

*Hydris*) Hinc Onomacrit. vocantur  
ὄφιοπλόκαμοι, Euripidi δρακοντώδεις κόραι)  
Finguntur heic adesse & regnare, quia  
à Poetis πινύμεναι dicuntur, inq; hominum  
perniciem factæ indicuntur. Homer. αἰ  
ὑπένερθε καμόντας ἀνδρώπας πίνυσθον. Q.  
Smyrn. f. quisquis ille, αἶτε βροτοῖσιν Αἰὲν  
ὑπερφίαλοισι κακὰς ἐφιάσιν ἀνιάς. Vocat &  
βλοσυρώπιδας.

*Ditione prem:*) Virg. 1. Æn. Omni di-  
tione tenerent. Serv. exponit, Potestate  
Omnis enim potestas dictis constat, i. e.

imperio. Hinc idem ibid. Æternis regit  
imperiiis. Et: victor ditione premebat.  
Et. 7. jam tum ditione premebat. Et 10.  
magna ditione jubeto Carthago premat  
Italiam. Gloss Dition, ἐξουσία. Ditiones,  
ἐξουσίαι. Sub Ditione igitur esse dicitur de  
ijs, qui sub imperio sunt ac dominatione.  
Vid. quæ incomparabilis noster Claud.  
Salmas. notat observat. ad jus Att. & Ro-  
man. cap. XXVI.

A *Tharaid.*) Respexi eò, quod notant  
Historici temporibus Abrahami invalu-  
isse idololatriam, ex eoq; quod ille filium  
immolare volebat, Lycaonem in Arca-  
dia ansam sumfisse sæviendi in filium su-  
um. Vid. Voss. Idololatr. libros immensæ  
eruditionis. Ab Ægypto demanavit ad  
Phœnices, ab his ad Græcis, ab his ad Ro-  
manos.

Phryg, *terr.*) Arabia terra. Plaut. Tri-  
num. Italia Terra. Cato. Galliæ mulieres,  
Sallust. Nisi malis ibi ἐλλάδ' ἢ quàm ἐλλά-  
δας γυναῖκας, uti volunt alij. Ita notat Grü-  
ter. à senec. dictum, Machæra Hispania  
Benefic. l. 5. 24. Meurs. ad Lycophron.  
plura.

τὰν-

*Tanta* ) Pro tot. Plauti Casin. Amphitruon. Bacchid. Et quanta pro quot Latinis usitatum fuisse docet Stewech. ad Veget.

*Honores* Pro cultu Usitatissimum Poetis & Oratoribus. Tacit. Annal. 15. Deum honor. Val. Flacc. l. 1. Poscet honos. Tacit. l. 4. Augusti honor. Lar ap. Plaut. Aulul. Honorem pro sacrificio s. cultu dixit, ut Maro Æn. 3 perfecto lætus honore. Ita & Græci πρῶς usurpant. De quo Fr. Lindebruch. in Terent.

*Purpura* ) Pers. Sat. 2. In sacro quid facit aurum. Quem versum susurrasse Alexandr. Severum Imperat, inter alios scribit Dion. Gothofred. LL. XII. Tabb.

*Marmoris Herm.* ) Ita Græc. βωμὸς λίθου, αὐλὴ καλάμης, σέφανος χρυσοῦ. ovid. valvæ argenti. i. argentæ s. ex argento.

*Mage cecior.* ) Virgil. Cul. Queat optato magis esse beatiorævo. Plauti magis dulcius. Boeth. l. 3. mage dulcior. Alcim. l. 1. magis sublimior. Arat. l. 1. magis rectius. Aristophan. μάλλον ὀλβιώτερος. Nansi. Marc. 6. μάλλον περισοότερον. Plaut. Menæchm. magis majores nugas Pœnul. 2. 2. mage contentiores. Boeth. l. 1. 4. ma-

gis

gis tutior Scipio Gentil. Parerg. l. 1. c. 27.  
Ictis talia frequentari notat, His adde,  
quod observo, illud Achill. Tat. l. 5. ἡδίων  
μᾶλλον. Ubi Salmasius noster ταμείον illud  
τῶ πάντος, inquit. Ita & Latini loquuntur,  
præcipuè veteres, magis suavior. p.  
m. 660.

*Aurum Del.* ) Acutissimus meus Zin-  
zerling. ad Val. Flacc. l. 1. Aurum pro fide-  
re dici notat, & adducit è Martian. de,  
Nupt. Phil. l. 1. venero sociatur auro ex  
l. 2. Phosphorus aurato auro nitens. Et re-  
ctè. Hinc illa Virgili, aurea Phoebe aurea  
sidera. Et Homer. χρυσῆς ἀπὸ σελήνης. Euri-  
pid. χρυσεόκυκλον Φέγγος. Et. χρυσεοβόσρυ-  
χος. Pindar. χρυσάριματον dicitur.

*Glandes* ) Sulpitia Satyr. Non aliter  
&c. Glandibus & puræ rursus procumbe-  
re lymphæ. Primos enim homines glan-  
de pro cibo usos docet Plin. qui & l. 7. c.  
56. à Cerere frumenta inventa, scribit.  
cum antea vescerentur. glande. Ad quem  
locum v. erudita multa apud Dalecamp.

*Græc. oracul.* ) Quæ quando cessave-  
rint, & alia jucunda vid. apud Neandri  
Synops. Chronic, adde Peucer. de Divi-  
nat.

nati Notum est illud ad Augustum παῖς  
ἰβραῖοις κελεταί με &c.

*Orgia Nocturna.*) Flav. Blond. l. 2. Romæ  
triumph. Hæc latè persequitur, & nudos  
viros cum feminis noctu hæc sacra pere-  
gisse memorat. Nocturna sacrificia ap-  
pellantur in LL. XII. Tabb. διαπανυχια-  
σμοί. v. plura apud D. Gothofred. in LL.  
XII. Tabb.

*Turbare*) Tacit. An. 4. cum repente  
turbare fortuna cœpit. Cic. Servilius o-  
mnibus in rebus turbârat. Plaut. Mostell.  
Pergam turbare porrò Cic. Terra movet  
pro movetur. 6. Æn. turbant ostia Nili  
Agell. l. 18. c. 12. Wower. ad Petron.  
Taubm. in Plaut. & Virgil. alios.

*Choas*) Lat. inferias dixerunt. Festus:  
inferiæ, sacrificia, quæ Dis manibus infe-  
rebant ab inferendo enim dicta. Æn. 3.  
v. 67. Inferimus tepido &c. Vocabulum  
fuit funebre. χοαὶ autem ἀπό τῆς χέειν à fun-  
dendo. Fundebant D. M. vinum, mel, lac,  
aquam &c. v. Turneb. Adversar. l. 14. c. 4.  
& Gothofred. ad LL. XII. Tabb.

*Faciebant*) Ut infr. operati. Quæ duo  
solemnia verba sacrificiorum. Virgil. Cū  
faci-

faciam vitula. Horat. sacris operate. Carra  
l. 5. Agnâ jovi facit. Et. Manibus lacte  
fieri. Censorin. Facere hostiâ Columell.  
l. 2. facere catulâ. Briffon l. 1. Formul. Qui  
sacrificabaut facere dicebantur, quem ad  
pag. 18, 19.

*Procell.*) Catull. ep. 27. Omnia dicta fa-  
ctaq; ventos irrita ferre ac nebulas aëreas  
finis. Et Nupt. Pel. & Thet. quod Carmen  
malè Argonautica vulgò vocatur, Irrita  
ventosæ linquens promissa procellæ. Et  
ibid. cuncta aërei discerpunt irrita venti.  
Tibull. l. 3. el. 6. Lucan. l. 5. In ventos im-  
pendo vota. Petron. cum ventis litigo.  
Lucret. ne vento verba profundam.  
Hebr. תהל לזנב Gr. εἰς ἄδ' ἐν περραίνεταί. Pha-  
lar. ep. 141. Talia sunt. Virgil. diverberat  
ictibus auras. Achil. Tat. l. 2. σκιαμαχεῖν πρὸς  
τὸν αἴρα. Adag. πολλὰ μάτην κεράεσσιν ἐς αἴρα  
θυμαίνοντα. Et: ἀνέμῳ διαλέγει Athen γῆ καὶ  
ἔρανῳ λαλεῖν. Phrasis etiam sacris literis tri-  
ta. Plaut. Mostell. fabulari vento, vocat.  
Virgil. mandata auris discerpta.

*Exequar*) An Exequar scribendum vid.  
Jul. Cæsar. Scaliger. de Caus. L. L. l. 1.  
6. 34. Præpositionem Ex &c. A quò o-  
mnes



omnes dissentiunt. Rothius de Orthographia Dilherr. Apparat. Philolog. L. Carrio in Val. Flacc. Alij

*Acer hiems*) Claudian. laud. Hercul. Fama celer. Petron. Fama volucer. quomodo omnes MSS legere observat Wower. Ennius: acer hiems fit. Priscian. & serv. ad 6 Æn. scribit, veteres etiam dixisse alacer tam foem. quam mascul. gen. vid. Voss. & Wower.

*Extemplo*) Vix erit, ut omnes sciant, quid sit. Templum antiquis erat locus patulus & conspicuus. Hinc extemplo idem quod ilico i. e. e loco. Festus in Contemplor. Hæc Joan. Meurs. At Scalig. conjectan. Extemplo, inquit, verbum est sacrorum sicut ilicet, judiciorum. Ut enim hoc dimisso senatu sic & illud sacrificio patrato à præcone pronuntiabatur, quo significabatur, ut templo exirent. Quod quia citò fiebat, inde pro Citò & properè sumi coeptum De illo Illico v. jucunda apud Freins hem in Tacit. Hist. l. 4. c. 34. 4.

*Flumin. flamm.*) Hinc Undare dixit Virgil. l. 12. volutus ad coelum undabat vortex. Lucan. l. 5. Ceu siculus flammis urgen-

gentibus Ætnam Undabat apex. Pindar.  
Pyth. 1. πυρὸς παγὰς καὶ ποταμῶν. & : ἀφαι-  
σίου κρηνῶν vocat de Ætna loquens. Hæc  
notat Weitz. ad Dracont. cui adde quod  
observo in Achil Tat. l. 4. πηγὰς πυρὸς.

*Concutiet*) Convellere significat & Ever-  
tere. Gr. καταλύειν, quod ita alicubi vertit  
Cl. Salmas. & defendit adversus Advo-  
cat. Pariens. Decutere est deijcere, Excu-  
tere, eijcere, quod Comico quaterere foras.  
Poeta, quaterere opida bello. Maro II. Æn.  
fundamentat quatit. totamq; &c. Idem  
alibi concuti funditus urbem dixit. Hæc  
Salmas. ille Diis per omnia quàm homi-  
nibus propior. Observatt. ad jus Att. &  
Rom. c. 10. Adde Tacit. hist. l. 1. c. 52. &  
l. 2. & l. 3. c. 28.

*Aratro*) Horat. l. 1. od. 16. Imprimeretq;  
muris hostile aratrum. Acro. Condendis  
atq; evertendis urbibus hic mos fuit, ut  
aratrum imprimeretur. Et virg. l. 1. Æn.  
Spartian. & Lipsi<sup>9</sup> in Admirand. IC. Mo-  
destin. l. 2. quib. mod. ususfr. amitt. si u-  
sus fruct<sup>9</sup> civitatì legetur, & aratrum in eā  
inducatur civitas esse definit. Hotomann.

*Vertit*) pro vertitur, vulgò: Vertente  
anno.

anno. περιπλομένως ενιαυτῶ Homer. Virgil. &  
Val. Flac volventibus annis. Nonn. ελισσ-  
σομένοιο χρόνος. H. Grot. filv. l. i. Ter ergo  
septem lubrica circulos Evolvit ætas?  
Virgil. Prora avertit. Nox præcipitat.  
Cic. Terra movet; Virgil. 7. l. venti po-  
fuere. Plaut; iræ leniunt v. N. supr.

*Antris*) Cassiodor. de ijs qui in metallū  
damnantur. Intran̄t homines caligines  
profundas, vivunt sine superis exfulant  
à Sole.

*Soles*) Primus observo in Græcis illud  
Achill. Tat. l. 2. τρεῖς ὀλας ἡλίους. Virgil. me  
condere soles. Falluntur qui soles pro di-  
ebus plurativo tantūm dici notant. Et  
soles melius nitent. Horat. Virg. 2. Ge-  
org. novos soles, 3. incertos Soles. Et Cir.  
v. 37. Purpureos inter Soles. Sed vid. Ca-  
taub. ad Suet.

*Transire*) Ita rectissimè legitur in Sal-  
lust. quod explicant quæ seqq. transeunt  
veluti peregrinantes. Vid. Carrion. Po-  
pman. Pontan Taubman. Grütter al.

*Patrios spect. penar.*) Aureum est illud  
Baudi Heroic. l. 2. ep. 15. quod ira claudit.  
Patrio mens reddita cœlo est. Hujus est  
fons locus ille philipp. 3. Et vide mihi  
quàm

quàm aptè conveniat cum illo Apostoli:  
ἄκ' ἔχομεν ὡδὲ μένυσσαν πόλιν, illud Sallusti:  
transire vitam.

*Claustris*) German. vocant Clausen. Huc  
respexit Baud. Heroic. l. 2. Claustrales fu-  
rias.

*ignibus*) iris. Usitatissimum poetis. I-  
gnescunt iræ. Virgil. II. Æn. Val. Flacc.  
l. 1. irarum ignes. Homer. iratum depin-  
gens, ὅσπερ δὲ πυρὶ λαμπέτων τι εἰκτὴν. Nazian-  
zen vocat iram χόλον πυρόεντα. Et Homer.  
eam ἐν σήθεσιν ἀέξεσθαι scribit ἢ ὕτε καπνόν

*Defixus*) Defigere est in stuporem redi-  
gere Val. Flac. l. 6. v. 503. & v. 534. & l. 7.  
v. 82. mœsta stabat defixus in ira. Papin.  
I. Thebaid. v. 490. Hæc doctiss. Zinzer-  
ling. ad Val. Flacc. l. 5. Adde Tacit. I.  
Ann. ob metum defixus. Cic. 4. Acad. de-  
figunt animos. Puto inde esse, quod ocu-  
los solemus in terram defigere. Unde &  
pudoris est. Homer. κατὰ χθονὸς ὀμματὶ  
πῆξας Virgil. I. Æn. Dum stupet, obtutuq;  
hæret defixus in uno. Hinc id. ib. v. 565.  
Didonem, vultum demissam introducitur  
loquentem. Tale est & apud Achill. Tat.  
l. 1. & l. 4. Defigere oculos solo dicit.

La-

oli:  
stl:  
Huc  
s fu-  
s. I-  
acc.  
oin-  
ian-  
ner.  
v  
edi-  
l. 7:  
oin-  
zer-  
t. 1.  
de-  
ocu-  
e &  
l. 11:  
uq;  
565.  
ucit  
Tat.  
cit.  
La-

Lactant. l. 2. Hinc & in animis defigere  
Cic. & Phil. II. oculos spe & mente defi-  
gere.

*oscul. limin.*) Limina templorum pro-  
cumbentes osculabantur veteres. Tibull.  
l. I. el. 2. Non ego dubitem procumbere  
templis. Et dare sacratis oscula limini-  
bus, ut recte emendat Douza. Postes  
etiam osculantur Virgiliani illi l. Æn. 6.  
spolio & illi ornabantur. l. 2. Turneb.  
l. 25. c. 4. notat, postes etiam fertis inum-  
bratos. Liminibus attribuebant Vestam  
unde & Vestibulum dici putatur. v. Tur-  
neb. l. 26. c. 23. & l. 12. c. 5. Inde nec fas  
novam nuptam pede limen tangere.  
Carrio. l. 7. Val. Flacc. Briffon. de vet.  
nupt. & Fr. Hotoman. Muret. Var. Lect.  
l. 19. & 1. Douz. in Tibull. N. Chytr. in  
Galat.

*Diales*) Ovid. III. Fast. & Agell. l. 10. c. 15.  
Gothofred. ad LL. XII. Tabb. De Ar-  
valib<sup>9</sup> vid. & Dalecamp. ad Plin. l. 17. c. 24.

*Albata Fid.*) Cana Fides & Vesta. I. Æn.  
Horat. I. od. 35. Albo Fides velata pan-  
no. Acro: Albo panno velabantur qui  
faciebant Fidei. Scalig. explicat. numm.

D

Con

Constantini ep. l. 3. & apud Camerar.  
hor subseci v. Centur. 3.

*Zonas*) Veteres in zonâ gestabant pe-  
cuniam. Hinc illud: Zonam perdidit.  
De qua *Cæsar* l. 5. adag. 15. Militum ta-  
men præcipuè fuisse legitur. Iam pridem  
in Alex. Miles non timet nisi vestitus,  
calceatus, armatus & habens aliquid in  
Zona. vid. alia docta Orat. J. Cæsar. Sca-  
lig. INEPTI. Adde à me Achil. Tat. l.  
3. p. m. 594. & 175. εἶχομεν δὲ ὀλίγον χρυσίου  
ὅπερ ἐτύχομεν ἐζωσμένοι. Ubi Salmasius, Hic  
enim mos veterum fuit, Græcorum La-  
tinorumq;. De hac zona intellexit Pe-  
tron. cum dixit, miles præcingitur auro.  
ἐζωσται τὸ χρυσίον. & l. 4. viaticum omne in  
colume naufragio eripuisse se inquit  
Clitophon, ὁ γὰρ Σάτυρος ἐτύχεν ἐζωσμένῳ.

*Princeps nostr. Dor.*) Est Rhenus omni-  
um clarissimus Cæsar. l. 4. Comm. Hero-  
dian. l. 6. Bernhard. Müller. descript.  
Rhen. l. 6. observat totius Rheni longi-  
tudinem à primo capite usq; ad mare in  
quod se exonerat milliar. german. esse  
149. stadior. 13. v. Pompon. Mel. l. 3. Va-  
dian

dian. epist. ad Agricola. Leonhard. Thur-  
neisser. l. 5. & 6. De fluminibus Europæ.

*In fam porta*) Porta illa est Carmentalis. Virgil 8.  
Æn. Carmentalem Romano nomine portam ubi  
vid. plur. Postea dicta est Scelerata à Fabiis 300,  
qui per istam in bellum profecti ad Cremeram flu-  
vium occisi sunt. Ovid. 2. Fast. Ire per hanc noli  
& quæ seqq. Carmentem autem dictum volunt quasi  
carentem mente.

*Obliqua tue.*) Virgil. transversa tueri. Flacc. l. 2.  
Argon. transversa tuentem Cerno. Apollon. l. 2.  
ὄμματα λοξὰ παραστροφῶνται. Virg. 2. Geor. v:134.  
torva tuentem. Val. Flacc. l. 1. tranquilla tuens Vir-  
gil. stabat acerba fremens. Oppian. Cyn. l. v. 263.  
ἄμειλιχα φυσιόωντες & seq. vers. μεγάλα χρεμέ-  
ζοντες. Claudian. Dulce micant oculi. Virg. suave  
rubens hyacinthus. H. Grot. horridū crepant dentes  
Virgil. Horrendum stridens. & l. 4. Æn. Multa rela-  
ctantem. Val. Flacc. l. 3. sævit acerba fremens. Ter-  
tullian. de Patient qui cæca vivunt. Plura Just. Zin-  
zerling. p. m. 425. ad Val. Flacc. & J. Weitz. in Corp,  
Virgil. v. 9.

*Metachalci*) Eisenach. Lusi ad metri convenien-  
tiam à μετα & χαλκός.

*Sedet*) Sedere est Auctoribus pigrum esse Do-  
nat. ad Ter. Adolph. act. 4 sc. 5. sedere propriè i-  
gnavæ cessationis est. Ut Virgil. Æn. ii. sedeant spe-  
ctentq; Latini. Cic. Quid sedes Verres? Ita Græc.  
καθῆσθαι. Idem Donat. Æneid. 9. sedentem Turnum

exponit otiosum. Sueton. Cæsar. c. 4. Desidere, inquit, Torrent. in Comment. eleganter dixit pro remisso animo esse atq; otiosè agere. Unde & Deses & Desidia.

*Terror*) Sumsi mihi hoc & cæsurae beneficio produxi, ut infr. Hic tua te jam sella manet, hic alter Elias. Ovid. 3. Fast. Ut redijt animus. Virgil. Omnia vincit amor. Lucan. l. 2. v. 338. H. Grot. hæc observat. Dum sanguis inerat. Et: sanguis ibi fluxit Achæus. Val. Flacc. Sanguis exuberet ulna. Cæsura, inquit Cæsar Scalig. est indifferens.

*Fortis*) Ex ingenio famæ quæ in incerto esse solet & in magnis plerumq; ambigua ut inquit Tacit. Ann. l. 3. c. 19,3.

*Auras*) animas Virgil. Spiritus hos regit artus Homer. αὐτμὴ ἐν σὴθεσσι Nazianzeno πνεῦμα τὸ δὴ θεότητος αἰδέεσθαι ἐστὶν ἀπορρώξ. Et: Phocylidi πνεῦμα. Unde à Pythagor. vocata fuit ἀπόσπασμα θεῶν.

*Spartaciam*) Gladiatorium bellum movit Romæ. De quo Florus lib. 3, 19. 20, Plutarchus in Crasso. Lucan. l. 2. Quæ seqq. præivit Claudian. l. 2. in Rufin. Catull. Horat. alij.

*Cinxia*) ζώνια. Arnob. l. 2. advers. Gent. Unctionibus superest Unxia, cingulorum replicationi Cinxia. Martian. l. 3. Iterducam & domiducam, Unxiam, Cinxiamq; mortales puellæ debent in nuptias convocare. Notandum actui nuptiali cuiq; peculiare nomen à gentilib. additum. A matrimoniorum

con-



conjunctione Juga *ζυγία*, à mulieris in domum  
mariti deductione, Domiduca & Iterduca, à cingu-  
lo novæ nuptæ Cinxia, ab unctioe Vnixia juno ap-  
pellata fuit. v. Barn. Briffon. De nupt. p. 50. & seqq.

Pleraq; *cuncta*) Eugraph. vet. Ter. interpr. ad An-  
dr. a. 1. l. 1. Apud antiquos ista dictio ponebatur  
ut omnes supervacuum fieret, & superior tantum  
sermo propriam significationem contineret. Phorm.  
a. 1. sc. 3. etiam occurrit. Donat. hic & Andr. a. 1.  
l. 1. errare dicit eos, qui τὸ pleriq; *παρέλκειν ἀρχα-  
ισμόν*. Nævius. Pleriq; omnes subiguntur. Scalig.  
l. 7. Poetic. c. 3. inquit: Pleriq; omnes figura per e-  
mendationem augens &c. vid. auct. & Serv. ad 1.  
Æn. & J. Calpurn. ad Heaut. 4. l. 7.

*Tum Pater*) Novi Theologum, qui statuere sole-  
bat Apocal. 14, 6. Angelum illum secantem medium  
coeli esse Lutherum, quem septimæ supremæ plagæ  
comites premebant. judicent Theologorum *γνή-  
σιοι παῖδες*

*Dabit ire*) Talia sunt: Dederat comam diffunde-  
re 1 Æn. & l. 5. Donat habere viro & l. 10. Armaq;  
Lauso Donat habere humeris & l. 9. moriens dat  
habere nepoti. *δῶκεν ἔχειν*, Oppian. Cyn. 1. & hal.  
2. 16. v. *δῶκαν ἔχειν*. & Cyn. 3. v. 240. *φέρειν ὡπλι-  
σας*. v. Rittershus. l. 1.

*Assâ*) sc. voce. Græcism. Hujus generis silvam vi-  
debis apud Voss. Art. Grammat. Nonius: Assa vox  
est ore tantum prolata, nullis adhibitis tibiis aut in-

strumentis talibus. v. Passerat. Non solum autem  
vox dicitur assa, quæ sine tibiis, sed tibiæ etiam assæ  
quæ sine voce. Nam assum, solum, merum est, inquit  
divinus J. Scalig. ad Varron.

*Compositus*) Vid. notata ad Orat. de Cont. Philo-  
log Respexi hic eò, quod notum est, à Loiolitis effi-  
ctum horrible illud de ablato per satanam cadave-  
re Lutheri. Et constat, à Carolo V. laudando omni-  
bus seculis Heroe flagitasse sacra illa capita, ut ma-  
nes Lutheri sollicitaret, quos ille hæc voce repressit:  
**QUIESCANT MORTUI.** οὐχ ὅστιον φθιμένοισιν ἐπι-  
ἀνδράσιν εὐχετάααα. Ethnici est.

*Somnia*) Notum est illud Zwingli de **NOCTUR-  
NO MONITORE**, quem ater ne fuerit analbus nes-  
cire se fatetur. Neq; est quod hic flagellet Theologos  
nostros Massonius ille personatus, eo nomine quod  
ista verba suggillent, cum sit proverbium Latinis au-  
ctoribus frequens. Puto istos viros nec tantulum  
ignorasse. De quo alibi.

*Limen*) Virgil. ecl. 5. insuetum limen Olympi.  
Rectè legimus ita præ illo Canteri lumen. Quod &  
præferat licet Vir doctus ad Val. Flacc. Est enim Po-  
etarum: limen Olympi ἀπὸ βηλῆδεσσι οἰοῖο Ho-  
mer. il. α. Ennius: è coenaculo coeli. Atq; huc putò  
re spexit Maro: Idem Vir doctus ad Val. Flacc. Ovid.  
2. Metam. in illo versu

*Argenti bifores radiabant limine valvæ*

Non ferendam lectionem putat, & reponit lumine.  
Vix est ut cum illo faciam. Nam poeta ibi splendo-  
rem

rem regiae solis descripturus à limine i. e. frontispicio orditur. Præpositionem autem more Poetico reticet. Initio dicit: eburnitidum fastigia summa tegebant, Deinde ad limen pergat, ubi introeundum erat, ibi valvas argenti radiare scribit. Ineptum foret, radiabant lumine. A potiori parte domus quærit encomium. Tale quid vide apud Hom. odyss. ubi Alcinoi regiam depingit. Hunc dissensum & si quæ alia in his studiis inter nos ambiguntur veræ concordiae sinceriq; affectus vicissim securi incolumi amicitia & fovemus & propugnamus & lectorem amicæ litis arbitrum facimus, inquit admodum eleganter Freinshem. Tacit. Ann. 12, 11, 4.

*Patrone*) Antiquis differebant Patronus & Advocatus. Hic παράκλητος, inde dictus, quod ut plurimum solet advocari. Postea passim Advocati appellari cœperunt, omnes omninè qui agendis causis quoquo studio operabantur, ut ait Ulpian. leg. 1. π. X. D. de extraord. cogn. Olim autem si fuere *Amici*, & ab amicis ad testationem ad vocabantur faciendam. Sub imperatoribus nulli tales Advocati noti fuere. Patroni autem Gr. συνήγοροι dicti fuerunt illi qui causas orarent. Unde Patronus causarum inquam significationem malè abiit Advocati nomen. Vid. Observat. ad jus Att. & Roman. c. ult. Salsium, ubi more suo fusè & invidendâ eruditione hæc & alia multa docet. In quo magno & charo nomine claudo.

DOMINO JESU SIT HONOR, LAUS  
ET GLORIA! SCA:

# SCAZON

*Eruditisimo Capiti*

## JOSUÆ ARNDIO, Lutherum recitanti publicè

**E**Vax Quirites! lancinata Majestas  
Secli revixit. naniq; Thymbraei  
Pollex eburnus publicas averruncat.  
Jam barbarorum plectitur laboratis  
Agmen catenis, ARNDIUS triumphatum  
Jam tundit Orcum! Spiritumq; LUTHERUS  
Nulli secundum celicumq; presentat.  
Hinc fascinus Tel talibus solum fas est  
Magno LUTHERO plausibus parentari.  
ARNDI! favebit Belgium Tuis ausis.  
Famulamq; Fama buccinam redonabit,  
Nec postumabis, quos stupemus, HEROAS.

Studiosissimi adfectus causa

L. M. Q.

scriptus

à

Conrado Thamnitio, Thoruniensi



O,

ti

RIIS

causa

Q.

unienfi



5777

100



**ULB Halle**

3

004 954 394



V07







Inches

Centimetres

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

8 7 6 5 4 3 2 1

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White








3/Color

Black

**Kodak**  
LICENSED PRODUCT

© The Tiffen Company, 2000

**KODAK Color Control Patches**



**I**

**N**

quam  
na fide  
Poëfec  
immen  
bus. N  
dendæ  
tis caciun  
nisteria  
um mentū  
potiūs  
os igeat, qu  
us fid  
THus sun  
nabo.  
is pasum &  
fferre  
n. ntrà t  
aveni.